UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

De Dispotione & præparatione remota ante Missam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49363

Visual Library

EXERCITIVM TERTIUM.

DE SACRIFICIO MISSAE.

EXercitium hoc in tres ſecabitur partes. In primâ de eo, quod ante Miſſam. In ſecundâ de eo, quod in Miſſa. In tertiâ de eo, quod poſt Miſſam peragendum eſt, tractabitur.

Diſpoſitio & Præparatio remota ante Miſſam.

TAnquam certiſſimum primò ſupponendum eſt, meliori vtilioreque haud eſſe quempiam vti praxi ſacroſanctum celebrandi Miſſæ Sacrificium, quàm quod omni cum deuotione, curâ, & diligentiá attendat ad dicenda & peragenda, quæ in eodem ritu & officio Miſſæ præſcribuntur distinctè, nimirùm, proferendo verba, penetrando ſenſum, ac pios ex eodem eliciendo affectus. Hic eſt modus celebrandi decentiſſimus ac fructuoſus, quem & S. Bernardus vſurpauit & conſuluit hiſce verbis: *Fratres mei, immolantes hoſtiam laudis, iungamus verbum verbis, ſenſum ſenſui, affectum affectui.* Præterea moni-

Apud Dur. lib. 4. c. 1.

com-